



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendium Sacrorum Rituum Et Caeremoniarum**

**Vinitor, Gerlacus**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Benevole Lector.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9459**

## BENEVOLE LECTOR.

te Epis.  
541  
in pro-  
pus pon.  
545  
547  
549  
550  
0 cele-  
552  
opi ip-  
553  
ino ce-  
554  
559  
ibidem  
563  
564  
Diœcesi  
nte. à  
elatis  
alatis.  
NE-

**A**ntequam de Cæremonijs tractem paucis te monitum  
volo, quod omnis cæremonia, quæ potissimè ad cælestem  
clementiam nobis propitiandam inuenta est: præter id, quod  
est ars reuelata diuinitus; etiam iure scripto ac summaratio-  
ne per patres nostros in initio adolescentis Ecclesiæ cælesti  
quodam numine afflatos, decreta sit: scilicet, ut noscamus quo  
ritu, quouè sacrificio Deum colli oporteat. Id enim est huma-  
ni operis officium, in coque solo summarerum, & omnis vi-  
tabeatæ ratio consistit: quandoquidem propterea creati &  
inspirati sumus ab eo, ut ipsum debitum p[ro]ijisque veneremur ob-  
sequijs. Nihil enim æque singularis, & sancta illa Maiestas  
ab homine desiderat, ac sinceram adorationem per ritus sacros  
exhibendam, nihilque pulchriùs, magnificentius ac spectabi-  
lius in omni diuinæ maiestatis cultu, quam ordo, reverentia,  
ac rerum omnium congruae dispositionis ornatus: quæ si in  
theatrali spectaculo, in acie militari, in classe parata, iuben-  
tur regularissimè seruari, quanto magis cæremoniarum  
censura, quæ mysterijs imbuta moralibus & diuinis plena  
Sacramentis, ac in solo sacrarum rerum ordine, & ratione  
cum sanctorum patrum consilio intelligentiaq[ue] & auctori-  
tate consistit, diuinis non adhibetur mysterijs: si quidem  
actus ipse Ceremonialis, quid est aliud, quam vel honor ab  
hominibus Deo, vel hominibus propter Deum exhibitus. Non  
tamen usque adeo negare ausim, veteres illos sacrorum con-  
ditores aliter ab initio solennes hos ritus instituisse, quam no-  
stra etas profiteat & obseruetur. Quod in omnium fere disci-  
plinarum ampliatione variari videmus. Itaque multiplicata  
in dies deuotione; etiam cæremonia multiplicata, & salua  
rerum substantia reformatæ fuerunt: quæ etiam nostro quo-  
quo

quo tempore, tam pro rei sacræ reuerentia, quam pro Aposto-  
licæ sedis ornamento, ac sacrisenatus auctoritate cum ordi-  
num, ac temperum, & locorum omnium ratione pensata,  
prout cuiusque merito & usui rationique conuenit ornan-  
tur: & successione mirum in modum ampliantur, non qui-  
dem ut priscis aduersentur institutis: sed ut temporibus ac locis  
& actibus in dies emergentibus magis accommodentur. Non  
itaque Cæmonias huic compendio insertas, - ut superfluas,  
arbitrarias, nouas aut temerè confictas repudias. verum ut  
sacras, ac præsentis etatis usu & Patrum dogmatistarum  
relatione excerptas beneuole suscipe, ad maiorem Dei glori-  
am, sacrosancti Miſsa sacrificij, aliorumque officiorum Ec-  
clesiasticorum cultum. Veruntamen si qua superaddenda  
adhuc videbuntur id, ut libuerit per me licet; Quod si corrigere  
potius placuerit, liberè id per me potes. Vale, vtere, &  
fruere.



DE

§.  
se om-  
dæ san-  
colit,  
ficiun-  
imme-  
ficio P-  
fecrat  
iniecit  
mos i-  
re, de-  
dinal-  
teite e  
  
§.  
sam s-  
missa  
secur-  
niuer-  
  
§.  
feriā  
tibus  
ctiūs